

THRENODIA,
In subitaneum Magnifici, strenui, Nobilissimi q. Viri, DN.

JOHANNIS A'SCHU-
LENBURG,

Hæreditarij in VValsleben & Dalichovv,
&c. P. M. obitum,

*Qui anno ætatis 39. anno autem Christi 1611. die
19. Decembris, ex hac miseriarum valle placidè in
cœlestem aulam abocatus, sequentiq. anno M. DC. XII. ad 23. Januarij.
VValslebia solemniter sepultus est,
scripta,*

In signum *συμπάθειας* & debitæ gratitudinis ergò,

JOACHIMO JORDANO,
Soltquellâ - Marchiaco, Risten-
tensium Pastore,

A N N O

Certò De Ire Argent Mort VI. Esai: 26. v. 19.

16(?)90

MAGDÆBURGI,

TYPIS ANDRÆ BEZELII, ANNO 1612.





Uis vos, quis Parcas, quis jussit adire
penates (nis estis

Schulenburgiadum? Cur Parca, nomi-
Oblita vestri? Nimirum parcere tanto
Fas erat HEROI. Quæ vos audacia cepit?

Quis furor, aut quis vos DEUS huc malesuadus ade-
Crudeles Parca magis, an DEUS improbus ille: (git?
Improbus ille DEUS, crudeles vos quoq; Parca.

Non etenim nomen vestrum, sed nominis omen
(Heu) lævum suavit JOANNIS fila secare

SCHULBURGIVITÆ, dignus qui Nestoris annis.

Equis enim darier possit, cui plura dedisset

Dona DEUS, cujus manibus sunt cuncta ferenda,
Accepta, humano generi quæ contulit ultrò.

Stirpis nobilitas veteris, clariq; Parentes,
Procerum corpus, virtus animosa, decorum

Formæ, doctrinæ laus, experientia, candor,

Divitiæ, studium pietatis, juris & artis,

Consilij gravitas, quæ se Brandenburgica jactat

Celsa domus, ætas benè florida, judicijq;

Dexteritas, facile alloquium, moresq; decentes

Nobilitate virum tali, largissima dextra,

Conjugium optatum, (numeret quis cætera dona?)

Hunc commendabant, hunc & superare volebant

Secula Mathusalæ, tum prospera cernere cuncta.

Hinc DEUS, hinc pietas ipsum concedere jussit

IN VALLUM VITÆ, quod ei pia fata dicarunt,

Cum partirentur fratres bona forte paterna

Fraternè. Fratrum similis concordia rara.

Wassschle.
be/q. Wall
des lebens.

Verum.

Verum, ô crudeles, VALLUM temerare parâstis
 VITAE, Parca, non vos, non parcere iuvat
 HEROI, grato pariter Ducibusq; Deoq;
 Occidit ante diem, nimis (heu) citus occidit ille!
 Odolor! ô multo haud sistendus tempore luctus!
 Ex VALLO VITAE fecistis mœnia mortis,
 Mœnia non mortis, sed vitæ castra relictis.
 Nempè suus cuivis præfixus terminus ævi est,
 Quem suprâ citraq; nequit caro tendere vivens.
 Præcedit primus, sequitur mox ultimus ordo.
 Hicce peregrini sumus, illic, morte soluti,
 Nos cives omnes habitabimus arria cœli.
 Solvit ad arbitrium DOMINI, quæ debita toti
 Persoluenda semel mundo, celeberrimus HEROS
 SCHULENBURGIACUS, Parcarum falce resectus
 Plangite vos clari FRATRES: VVALSLEBIA luge
 ARX, casum Domini subitum: lugete ministri
 Verbi SCHULNBURGUM: Vos ô clarissima cœli
 Lumina, certatim noctesq; diesq; ruinam
 Flete VIRI: Flete ô queis Brandenburgia claret
 Aula viris: flete, ô tristis quos pressat egestas:
 Subdite, si curæ est pietas, quid flere recusas? (træ
 Sed quid? Non lachrymis ullus subducitur a-
 Mortalis morti: lachrymæq; dolorq; faceffant.
 Ethnicus à lachrymis non temperat, haud benè sa-
 Nescit enim vivum fore post sua funera corpus. (nq;
 Non sic Christicolæ, queis sana in corpore mens est
 Sano: namq; sciunt, redivivos esse futuros,
 Quos præmiserunt, non amisere, parentes,
 Et fratres, sociosq; thori, charasq; sorores,
 Cumq; his, ex longo numerent quos ordine natos.

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270

270


270

270

270

Vel quasi
Wallen der
lebendigen.





Mortuus est, vivit superis SCHULNBURGIUS HEROS,
 Mortuus est, vivit: Lachrymæq; dolorq; faceffant.
 Sistite, Patroni, mœrorem, sistite luctum:
 Tuq; relicta (Eheu! dolor heu!) generosa marita,
 Linque tuos planctus: Quorsum suspiria ducis?
 Terra tuum, quem jam suscepit avara maritum,
 Reddet, terra tibi, tuq; olli, munere CHRISTI
 Redderis tandem, cumq; illò luce frueris
 Æternùm æternâ: Lachrymæq; dolorq; faceffant.


Vos Mystra, tuq; ô grex subdite, tuq; miselle
 Cœtus pauperie multum vexate, dolores
 Mittite conceptos SCHULNBURGIEX morte. Su-
 premus

Rektor, quem penes est & sceptrum, & vita regentū,
 Substituet Dominos parili bonitate celebres,
 Qui vobis præsent, vobisq; alimenta ministrent.
 Durandum est, semet servando sorte futura.

25.

Vivant, qui reliqui sunt fratres stemmatis hujus,
 Nobilitate viri insignes, duo lumina terræ
 Marchiacæ: vivant affines: Vivat ABELA,
 Cor JANI charum vivi: sexcenta nepotum
 Milia huic generi Tithonia secla superint.




 Vgere mortem præcipit æquitas,
 Proh Schuleburgi, nobilis hospitis:
 Viuaq; dignos laude manes
 Flebilibus decorare Musis.
 Denunciârat quanquam aliàs grauem
 Morbum RICHARDVS, sanguinis vnus
 Vir Schuleburgus, quâ coronam
 Scripserat Imperij RVDOLPHVS:
 Non posse lethi faucibus eripi,
 Hunc cogitavi, mole negotij
 Quem tot molesta, ceu triformis
 Implicitum traheret Chimæra.
 Intensus arcus frangitur: omnium
 Sortitur vrnas mors lacrumabilis:
 Nulliq; parcit, siue toti
 Iura daret metuendus orbi.
 Mors atra cunctos demetit, in genus
 Ius triste nostrum vendicat: hoc patri
 Debemus Adæ, quod rapaci
 Obijcitur spoliū tyranno.
 Verùm vnde laudes incipiam viri?
 Vincit canentem copia: & ambigo,
 Pro dignitate efferre numquid
 Te DANIEL, valeam poëta.
 Feliciorem iure vocaueris
 Si dona mecum diuitis ingenij
 Hereditatem totq; fratrum,
 Pignora siue thori iugalis,
 Considerâro. nemo beatior
 Fratrum extitit te: quanquam aliàs forent
 Heroum in album conferendi
 Militia celebres togaq;.

A 2

Fratri

Fratri IACOBO contigit, vt trium
Esset magister Cæsarum: equestris
Collata & ornamenta: lumen
Prætulit ille domo nepotum,
Ex fratre. nemo segnior hoc viro,
Conspectus armis, si modò viueret,
Thraci futurus terror, vltra
Furem hominum Tanaim fugaret.
Heroa semet præstitit inclutum,
Dum vixit. hoc & non vixit minor
Virtute par, nec cessit ausis
Aemulus egregijs IACOBO,
Annis & ipso nomine par Duci,
Cui se Darius tradidit in manum,
Agnouit & sceptrum superbum
Numine ferri aliò ordinante.
Verùm explicârunt nostra volumina
Virtutem, & huius difficileis vias:
Quas ille terrâ, quas profundo
Pertulit Oceano viator.
Poscente verùm re DANIEL sacro
Se mancupando Pieridûm choro,
Doctis libellis perpoliuit
Particulam generosiorum,
Quâ belluarum vincimus impetus,
Et subuolamus mente per æthera,
Diuûmq; numen summo honore
Prosequimur vitijs remotis,
Testes scholarum educta palatia:
Hunc vidit olim Leucorem elegans
Contendere in sacram Mineruæ
Arcem, animo satis excitato,

Iactauit

Iactauit isto nec Viadrus minus
Musarum alumno. scilicet impiger
 Sectatus artes, Helladofq;
 Campum adijt sapientioris.
Audiuit ipsum Rhetora Sturmium,
Victorium ipsum atq; Italiae decus:
 Tu testis es CASALI, ab ore
 Fertilis ingenij profectum
In vos abundans est Sophiae iubar,
Quod laude summa Tullius extulit;
 Victorius, dico, reclusit,
 Quicquid habet Stagirita sollers.
Miratus Arnus Teutones aduenas,
Vitam trahentes axe sub horrido,
 Oraculum confertim adire,
 Totius Italiae & magistrum.
Ditatus huius vi sapientiae
Vir Schuleburgus, regna Neapolis
 Inuisit, & seruauit hospes
 Vitam hominum, variosque mores.
Inspexit urbem, quam Tyberis lauit
Et purpuratos audijt, & viros,
 Ornata quos insigniores
 Reddidit Aonidum palæstra.
Lustrata postquam Gallia, detulit
Regi PHILIPPO fidam operam Hispali:
 Is diues auro nunc superbit
 Hesperiae dominator oræ.
Tandem reuersus GEZA vbi præterit
Castrum paternum, matris amabilis
 Suasu, puellam deligendo
 Coniugium niueum appetiuit.

ALTORVM auorum sanguine nobili
IRNGARDIS vni perplacuit viro;
Enixa foetum hæc, reddiditq;
Progenie eximia parentem.
Feliciori hoc coniugij bono
Ornatus, inter quos coluit suos
Fratres, & extendit nepotum
Seminium DANIEL suorum.
Hunc possidentem plura vocabimus
Verè beatum, si modò perfrui
Detur: Iehouæ munus istud,
Non hominis sapientis, vti
Magno apparatu, & delicijs opum.
Sin absit vsus, Numen ab æthere
Est inuocandum, tunc laborum
Foenera larga cadent roganti.
Inter laborum sollicitos metus
Sub vite raros cornua fumere
Nos vidimus, vel sanctiores;
Ni Deus adpluat hisce mentem,
Vti paratis censibus optimè.
Respondeat sin consilium minus
Prudens; labores siue nostros
Gratia destituat Iehouæ;
Aequo ferendum pectore cenfeo.
Causam requiris? dicam ego liberè:
Delicta fiunt grandiora,
Et scelerum facies repertæ
Potentiorum in sæpe palatijs
Aulifq; vel sub culmine diuitum;
Hinc tot redundant pœnæ in orbe,
Vertice quotquot aguntur astra.

Res

Res administrans, quisquis erit domi,
Metam laborum constituat Deum,
Et proximi curet salutem,
Sic benè coepta cadent beatè.
Ne quod ministri flagitium patrent,
Tardentiè multum vota gementium,
Prudens gubernator labore,
Omnibus & numeris cauebit.
Se præstet ipsum nobile ciuibus
Exemplum in omneis: sit placidus: nimis
Nec credat vnus querelis,
Dulciloquoq; Colacis ori.
Sed, Schuleburgi, te caput alloquor
O dulce, natis flebilis hei tuis
Subductus es: quorum saluti
Saluus adhuc poteris mederi.
Nam maior ortu filius emicat,
Imberbis heres, nomine par auo,
Et flore, Matthias, venusto
Militiam Aonidum capeffit.
Henningus alter, delictum patris,
Nondum educatus, consilij eget,
Formandum ab vngui dote celsa
Pallados, ingenium facetum.
Hos excitabunt patrua lumina
Virtutem ab illis discere: tum Dei
Coeleste verbum, quæ sagina
Creditur esse animarum opima.
Sic Ottho Parcas conqueritur Rheden
Rupisse filium, proh, socero optumo:
Pulloq; amictu gnata deflet
ANNA suum genitorem amatum.

Vetum

Verùm ordinatus terminus omnibus
Acui, neq; vltra progreditur: necis
Momenta, vitæ vnicuique
Destinat arbitrium Ichouæ.
Nunc, quem colebat, spiritus integrè
Coram intuetur lumine in aureo,
Compagne liber gratulatur
Splendidiore domo potitus.
Felicитatis nec minimum decus,
Quod purior te relligio sui
Formârit in templum Ichouæ,
Iustificante fide nouatum.
Natalis idem, qui locus extitit
Demortuum te persequitur. fidem
Expertus in morbo sagacis
Coniugis, atque manus salubres.
Hac laude tolli femina nobilis
Est digna: amorem secum habeat, viro
Quem consecrârat; florem eundem
Inferat in tumulum mariti.
Vos vna tellus, quos habuit thorus,
Condat solutos exuuijs: quies
Optata membris sit: voluptas
Aethere spiritibus receptis.
Votum hoc canentis. sed properantibus
Sit finis & meta his numeris. Vale
Iam Schuleburgi; nostrum amoris
Pignus habe, & placidè quiescas.

*Mortuus Altenbusij VIII. Eid. Nouembris, horâ tertiâ pome-
ridianâ, ANNO M. D. XCIV. cum vixisset annos
LVI. menses V. dies III.*

DANIE-

DANIELIS SCHVLENBURGI, EQVI-
TIS SAXONIS, GENTE NOBILISSI-
ma antiquissimaq; oriundi, Musarum
ocelli cineribus Sacrum.

ET Schuleburgiaden, generosæ gentis o-
cellum,

Eximia patriæ columē, columenq; suo-
Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo. (rum,
Heu dolor, heu lacrymæ: nec quidquā profuit illi
Inclyta vis animi nullis exterrita fatis.

Quæ, postquā enixa est gnatum pia lucis in auras
Mater, continuò teneris sese extulit annis:

Ceu generosus equus virtutem ostētat ab vngui,
Cum, varios hominū mores vt nosceret hospes,
Regna pererrandi cupido flagraret amore,

Ad gelidum VIADRI flumen, sapiēs q; Lyceum,
Pieræ Nymphæ, Charitōn plaudente corona,
Pelliciunt puerum, fido præeunte magistro

TOXITA, egregia quem donauere corona
Leucorides, Latij Græciq; accepit ab illo

Prima rudimenta. Hinc accessit florida Musis
ALBIADOS tempe, grata quâ luce Melanchthō,
Europes oculus, veterum monumenta virorum,
Pectore foecundo primus discussit, acutè.

B


Hinc


Hinc iuuenem A R G E N T I N A rapit, qua Stur-
mius arte
Sturmius illustris virtute, & voce diserta,
Explicuit solidas summa cum laude loquendi
Artes. Hic diæ studio disposta Mineruæ
Dona parare sibi vicit vis incita mentis.
Sed virtutis amor, veluti calcaribus actus:
Insuper Ausoniam, & Romani Antistitis aulam
Perlustrare iuuat, Tybrimq;, Padumq;, Lyrimq;:
Hic quia Phyllirides prædiuite flumine linguæ,
Palladia passim Victorius inclytus arte
Dia Stagiritæ, diui monumenta Platonis
Discuteret; cupidi concessa est copia voti:
Mox hinc summus amor visendi propulit vrbes
Magnanimū iuuenem, magnis virtutibus auctū.
Oenotria visa, Gallos fortesq; Britannos
Obstupuit, Belgasq; ferocia robora Martis,
Celtiberosq; acres subiit, montemq; Pyrenen,
Postquam lustrandi satias obreperet vrbes
Turrigeras; DANIEL vegetis maturior annis,
Musarum in patriam spolijs remeavit opimis.
Expectatus adest dulci nouus aduena matri:
Consiliumq; init ALTORVM de sanguine claro
Iungere connubio formâ præstante puellam,
Qui

Qui cūm concordis vitæ decurreret æuum,
Arctius his sensim pignus succreuit amoris,
Difficili in morbo quod prodidit ipsa mariti.
Compare nunc viduata suo miserabile corpus
Spectat, & atrata sublatum veste maritum
Flagitat. Heu Daniel, mea lux, me sic cine linquis?
Quādoquidem incūbit moles operosa laborum,
Curarumq; mihi, quas tu sapiente leuare
Consilio, & posses teneris succurrere natis,
Exemploq; tuo virtutis ad ardua quæq;
Hortari, hosq; iubens sacris adsuescere Musis.
Sed te fata mihi, florentem ætate maritum,
Eripiunt, fatis rigidis parere necessum est.
Ergo vale æternum, lux ô suauissima salue,
Æternumq; vale, absentis soletur imago,
HENNINGVS referens oculos atq; ora parentis.
Sint placidi cineres, eadem me fata vocabunt,
Corporaq; hæc idem tumulus componet & ossa
Amborum; atq; Dei lætā exspectabimus horam.

*Humatus magno cum suorum luctu V. Cal. Decemb.
ipso S. Danielis Propheta die.*


Georgius Eccelius Aemilianus
Philosophiæ M.





09.2004 01





AB: 155 199

ULB Halle 3
004 841 417




TA → OL

09.2007 Bd.







27

THRENODIA,
In subitaneum Magnifici, strenui, Nobilissimi q. Viri, DN.

**JOHANNIS A'SCHU-
LENBURG,**
Hæreditarij in VValsleben & Dalichovv,
&c. P. M. obitum,

*Qui anno ætatis 39. anno autem Christi 1611. die
19. Decembris, ex hac miseriarum valle placidè in
caelestem aulam advocatus, sequentiq. anno M. DC. XII. ad 23. Januarij.
VValslebiæ solemniter sepultus est,
scripta,*

In signum *συμπαθείας* & debitæ gratitudinis ergò,

JOACHIMO JORDANO,
Soltquellâ-Marchiaco, Risten-
tensium Pastore,

A N N O
Certò De Ire Argent Mort VI. Esai: 26. v. 19.

(?) 90
MAGDEBURGI,

TYPIS ANDREÆ BEZELII, ANNO 1612.